UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Terra

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Ipſaq; ſuper Christi viſa columba caput :
Hæc loca ſola petens. ſacra poſt ieiunia, telo
Si triplici vafro ſenſit ab hoſte peti.
Ergo etiam ne cuncta tibi iam tuta putaris,
Si quis ab æthereo venerit axe fauor.
Militibus veniunt hæc munera, promptius ipſis
Bellorum vt poſthac ſuſtineatur onus.

¶ SIMILITVDINES.

Chryſoſtomi: Sicut vnguentum & in hyeme floridum eſt, & bonos homines ſuo odore delectat atq; impinguat, quum ex [...]fuerint: Sic & iuſtus & in hyeme tentationis immarceſſi[bilis] [per]manet fidelis. *In cap. 2. Matth.*

[Sicut] aurum & argentum combuſtum in fornace ſordibus cola[tur: ita] homo in fornacem tentationis miſſus, depoſitis peccatis [...]tur. *In cap. 4. Matth. hom. 5.*

[Q]uando permodica aura eſt, non permutatur tota tritici [...] leniores quædam paleæ modica aura iactantur, grauiores [...]manent, ſimiliter remanent & vacua grana : neceſſe eſt er[go ...]ior expectetur ventus, vt & grauiores paleæ, & valua gra[...]tur : Sic & quando modica eſt tentatio illi proiiciuntur de [...] qui multum ſunt infideles. Ideo neceſſaria eſt tentatio ma[ior, vt o]mnes infideles plenius expellantur, vt perpurgetur Eccleſia. [In c. 3.] *Matth.*

[Quem]admodum ſi focum poſueris ſuper terram, comburit ipſas [h]erbarum, & vt in loco illo iam non facile naſcatur herba : [ita ten]tationis ignis poſitus ſuper carnem, comburit radices con[cupiſcen]tiarum in ea, vt non facile concupiſcat. *In c. 3. Matth.*

[...] ad bellum tranſmittitur, ad gloriam paratur : Ita cui tenta[tio im]ponitur, correctio oſtenditur. *In c 13 Matth.*

[Sicut] *fumus* ante ignem præcedit, ante victoriam pugna : Sic & [aduen]tum Christi, tentatio Antichriſti, *In 24. Matth. hom. 49.*

[Quem]*admodum* qui ludicrum inſtituit agonem, ſi cui athleta[...]triæ iungitur vinculo, nunquam eum niſi deſcenderit in [...] coronabit, qui proprium videlicet laborem illius deſide[rat; ... q]uo magis eum diligit, eo magis victorem eſſe cupit : Sic & [Deus ...] quos maxime diligit, eos non ſolum auxilio ſuo duntaxat, [... ſed et]iam vult probari. *Hom. 56. in Matth.*

[Si a]gricola ſemina cum multo labore collecta ſeminauerit, [...]e fiunt, omnia cernens admirabitur, forteq; ad ſeipſum [dicet:] Quid hic homo tandem facit? Collecta diſſipat, ſed & terræ [...] cura commiſcet, ne facile colligi poſſint : nec tantum [...] terræ : ſed & optat vehementer fieri pluuiam, vt proie[cta ſe]mina marceſcant, & lutum fiant : & turbabitur, cernens ful[...] coruſcationem deferri Agricloa vero non ita : ſed lætatur, [...], hymem cernens : non enim præſentia reſpicit, ſed futu[...] ad fulmina ſpectat, ſed ad manipulos : non marcentia ſemi[na, ſed ger]minantes ſpicas, non grauem imbrem, ſed iucundiſſimam [...]iationem, ex ipſa naſcentem fructum. Expectemus iti[que ...]nos aream, & manipulos, non præſentem laborem & dolo[rem, ſe]d orientem ex ea fructum : mentis noſtræ penus ex eo im[ple]ucrimus. Et ſicut aurum, etſi aquis immoretur, propriam [...] ſpeciem, ſiue in conflatorium ceciderit, ſplendidius rurſum [...]; lutum autem & fœnum, ſiue aquis immiſceri accidat, [...]dem marceſcit, illud vero diſſoluitur : ſiue in ignem cecide[rit, ...] quidem fugitur, illud autem comburitur : Sic certe iuſtus [...]tor, ille quidem ſiue remiſſione fruatur, manet ſplendidus, [tanquam a]urum aquæ immerſum, ſiue in tentationem ceciderit, ſplen[...], ſicut aurum in igne : peccator vero ſiue remiſſione con[...], diſſoluitur, marceſcit, ſicut fœnum & lutum aquæ immo[...]e tentationem ſuſtineat, comburitur, perditur ſicut lutum [...] ab igne. *Homil. 4. de pœnitentia.*

[Sicut] caro ſi ſale non aſpergitur, corrumpitur : Ita anima ſi ten[tatio]ne non ſalitur : continuo reſoluitur. *ibid.*

[Th]*eodoreti epiſcopi*: Optimus imperator cum ſolisne hoſtibus ma[nus co]nſerit, & in eos ſagittat, & iaculatur, phalangeſq; eorum & [acie]s perrumpit : an ſuos etiam milites armat, & ordinat, & ad [bellum] gerendum, animo & ſpiritus excitat? ERRANS. Hoc ei po[...]endum eſt. ORTHODOX. Non ſunt enim partes Impera[toris, v]t ipſe quidem pericula adeat, ipſe ſtet in acie, ſinit autem mi[lites i]n vtramuis aurem dormire : ſed oportet eum etiam illis ani[mos] addere vt ſtent in acie, & ordines recte ſeruent. ER. Verum. [H]oc etiam dicit diuinus Apoſtolus. Ad eos enim qui credide[rant ſ]cribens, dicit : Accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere [inſidi]is diaboli. Et rurſus : State ergo ſuccincti lumbos veſtros, in [verita]te, &c. Recordare etiam eorum quæ antea diximus, quod [De]us quoq; adiicit qualitatem, quæ deeſt natura. Si enim inue[nit ...] eduntandem frigidam, adiit calidam : & ſimiliter alias. Hoc [...] fecit Dominus. ER. Et vbi oſtendes hoc feciſſe Dominum? [In ſ]anctis Euangeliis. ER. Oſtende ergo, & imple promiſſum [...] Quid Seruatorem Chriſtum exiſtimant Iudæi. ER. Hominem. Quod autem etiam Deus erat, omnino ignorabant. *Dialog.* [...]

[A]*uguſtini*. Quomodo enim medicus apponit viſceribus aliquid, [e]pithema moleſtum & ardens, inde tamen curandus eſt ille, cuius viſcera tumebant, cum ille inde ardere cœperit, & cruciari medicamento, rogat medicũ, vt auferat medicamentum. Medicus autem conſolatur, monet eum ad patientiam, quia nouit, quam vtile ſit quod appoſuit. Ita Deus ait : Sufficit tibi gratia mea. Ego noui quid appoſuerim, noui vnde ægrotes, novi vnde ſaneris. *In Pſalm.* 130.

Gregorij. Vt folium vento ducitur : Ita homo flatibus tentationum, nunc ita, libidine, ſuperbia, &c. elevatur, & deponitur flatibus tentationum. *In Iob, lib* 11. *c.* 24.

Thriueri : Vt duplex eſt calida & frigida aduerſus venenorum malignitatem alexipharmacorum differentia. Sic duo etiam contra omnem tentationem ſunt remedia, Oratio & Patientia. *In apophthegm.* 218.

Nemo ſanæ mentis iuſta medicamenta detrectat : ſed molli condonandum eſt, qui illorum amaritudinem dulcorari, aut aſſimulari procurat. Et Deum quoq; orare licet, ne vltra vires nos tentari ſinat, ſed vt indulgentiſſime nos habeat. *In apoph.* 84.

Sæpe vtiliter medicus medicamenti amaritudinem diſſimulat. Ita & nobis quoq; licet deprecari tentationis magnitudinem. *apophthegm* 99.

Sunt quidam cibi difficiles, ſed ſemel cocti ſolidiſſimum præſtant alimentum : Ita & tentationes noſtræ ſuas moroſitates & difficultates à principio exhibent, ſed ſemel evictæ animum noſtrum maxime firmant. *In apoph.* 114.

Ratio Dialectica explicat omnem falſitatem : & contemplatio ipſius finis, frangit omnem tentationem. *In apoph.* 107.

¶ EXEMPLA BIBLICA,

Tentationis Diabolicæ, *Exempla* : in Eua, *Gen.* 3. ℣. 1.3.2. *Cor.* 11.3. Dauide, 1. *Paral.* 21.1. Iobo, *Iob.* 1 ℣, 11. & 17. Chriſto, *Matth.* 4.3. Petro, *Luc.* 22.31. Iuda proditore, *Ioh.* 13.2. Anania, *Act.* 5. ℣.3. Tentare iubemur nos ipſos, num ſimus in fide, 2. *Cor.* 13.5 Tentationes ad malum non eſſe à Deo, *Iac.* 1.13 Tentatio humana, 1. *Cor.* 10.13. dicitur illa, quæ ab imbecillitate humana proficiſcitur. Tentationes pro lucro ducendæ, *Iac.* 1.2. nouit Dominus pios ex tentationibus eripere, 2. *Petr.* 2.9. nec ſinit eos ſupra modum tentari, 1. *Cor.* 10 13. 2. *Pet.* 2.9. *Apoc.* 105. Tentatorum, deq; fructu tentationis *Exempla* Abraham, *Gen.* 22.1 Iudith. 8. *v.* 21.22.1. *Macchab.* 2. *v.* 52. *Hebr.* 11. ℣. 17. Iacob: [lu]cta Iacobi fuit quædam tentatio, *Gen.* 32.24. Iſraelitæ, *Exod.* 15.25. & 16.4 *Deut.* 8. *v.* 2.16. & 13.3. *Iudic.* 2.22. & 3.1. Ezechias, 2. *Paral.* 32.31. Dauid, *Pſalm.* 26.2. & 119.71. Tobias ſenior, *Tob.* 2.12. & 12.13. Abraham, 1. *Macch.* 2.52. Ioſeph, v. 53. Phinees, v. 54. Caleb, 55. Ioſuah, v. 56. David, v. 57. Elias, v. 58. Ananias, v. 59. Paulum quoq; expertum eſſe ſpirituales tentationes, & ignita Diaboli tela, promptum eſt colligere ex his locis, 2. *Cor.* 2. ℣. 11. & 7. *v.* 5. & 10. ℣. 4. & 12. ℣. 7. 1. *Theſſ.* 2.18. *Epheſ.* 6. *v.* 12. fideles, *Hebr.* 11.17.

Vide, Afflictio, Tribulatio.

Terra.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

TErra, Gr. γῆ, ῆς, ἡ, vel γαῖα, ας, ἡ, & γήϊνος, ου, ὁ, terrenus dicitur. Heb. *Adhamah*, humus, terra ſubruta, cultui apta : hinc δήμιον, ſolum publicum, & converſio daleth in aſpirationem, ψάμμος, humus, terra cultui apta *Adam* homo de terra ſubrufa formatus. Hinc δέμας corpus humanum, δῆμος populus & cœtus hominum. *Adhamah* oritur a verbo *Adham*, Rubuit, paulominus rubicundus fuit, fuit ſubrufus. Cognationem habet cum voce *Dam*, ſanguis, à colore rubro. Hinc ἀδμαίνω, recte valeo. Sanguis enim rubicundior eſt bonæ valetudinis in homine indicium. Dicitur etiam terra *Erets*, nomine generaliſſimo, quod omnes terræ ſpecies compræhendit : & per Synedochen ponitur pro hominibus in terra verſantibus ; Cognationem habet *Erets* cum *Rots* cucurrit, & *Ratſats* colliſit, item cum *Atſar*, theſauros repoſuit. Terram calcant animantia, eamque pedibus collidunt. In terram theſauros ingentes Deus repoſuit, vnde effodiuntur. Per apocopen Græcis ἔρα terra dicitur. Eſt autem terra vnum quatuor elementorum : ſiccum & frigidum, & graue & immobile, à Deo ex non ente ad eſſe prima die deauctum. *ſecundum Ioann. Damaſc. l.* 2. *c.* 10.

¶ BIBLICI LOCI.

Terra à Deo creata *Gen.* 1.1. ſuper aquas fundata, *Pſalm.* 22.2. & 136.6. 2. *Petr.* 3.5. quorſum creata, *Exod.* 9 29. & 19.5. *Deut.* 10.14. *Pſ.* 24.1. ob peccatum hominis maledicta, *Geneſ.* 3.17 & 5.29. pedum Dei ſcabellum, *Eſaia* 66.1. *Matth* 5.15. *Actor.* 7.49. ſtabilis & firma, *Pſalm.* 104. ℣. 5. terra exurenda, 2. *Petr.* 3.10. terra noua expectanda, *Eſaia* 65 17. 2. *Petr.* 3.13 *Apocalip.* 21.1. Terra pro ipſis incolis metonymice, *Geneſ.* 6.11. & 9 13. & 41.57. 2. *Sam.* 15.23. *Eſaia* 37.18. pro prouentu

[illegible] *Gen.*3.17. terra Græcis γῆ, pro regione, *Matth.* 9. 26. *Luc.*4. 25. *Marc* 15.33. terra bibens imbrem, *Heb.*6.7. terra Dei, *Pſalm* 85.1. peculiariter dicta, terra Iſraeli à Deo tradita. Terra omnis Dei, *Exod.* 9.*v.*29.& 19.5. *Pſalm.*24.*v.*1.

Terræ à quibus diuiſæ, *Gen.*10.5.

Terrenus primus homo, 1.*Cor.*15.47. terrena dicere, eſt craſſo & plebeio ſtylo vti, *Iohan.*3.12. Terræ tranſitus, *Matth.*5.18. *Luc.*21.33. Terræ venditio, quomodo facienda, *Leu.*25.*v.*23.24. è terra eſſe dicitur is, *Ioan.*3.31. qui nihil aliud eſt, quam homo, terrenæ videlicet fæcis opificium, in terram reuertetur homo, *Gen.*3.19.

Terræ varias acceptiones ita diſtincte nonnulli numerant. 1. generaliter ſignificat totam hanc inferiorem & elementarem regionem. 2. terræ elementum, quod partim aquis alluitur & rigatur, partim ab hominibus incolitur. 3. Specialius accipitur pro regione vel prouincia aliqua ſeu terræ particula, vt terra Ægypti, Chanaan, &c. 4. Nonnunquam pro infimo loco, vt cœlum pro ſummo. 5. Aliquando illam proprie regionem deſignat, de qua in contextu ſermo habetur, vt *Gen.*13.6.& 34.10.& 36.7. & alii ſæpius. 6. Circumiacentes regiones denotat, vt 2.*Chron.* [illegible] 23. &c. 7. Sumitur pro exigua quadam portione & breui ſpatio in regione aliqua, vt *Gen.* 23.15. & aliis locis paſſim. Item ſignificat paululum terræ, ex qua aliquid compingitur, vt *Exod.*20.24. & al. 8. Superficies terræ, in qua quis agit vel patitur aliquid, *Gen* 33.3. *Exod.*34.8.&c.

Terra metonymice ſumitur pro nominibus terram incolentibus, *Ioſu* 14.15 & 23.14 *Iudic.*5.31. 1.*Sam.*14.29. *Pſalm.*66.1. & 100.1. *Prou* 28.2. Terra myſtica, *Cant.*2.12. *Eſa*.49.8.& 51 16. Terra noua, *Eſa.*65.17.& 66.22. *Apoc.*21.1.

¶ Poetarvm Dicta.

Ouid.1.Met.

Magna parens terra eſt, lapideſq; in corpore terræ
Oſſa reor dici, iacere hos poſt terga iubemur.

Ouid.2.Faſt.

Conſulitur Phœbus, ſors eſt ita reddita: matri.
Qui dederit primus oſcula, victor erit.
Oſcula quiſq; ſuæ matri properata tulerunt,
Non intellecto credula turba Deo.

Ibidem.

Ille iacens pronus, matri dedit oſcula terræ,
Creditus offenſo procubuiſſe pede.

Lucret.2.

Vnde alma liquentes
Humorum guttas mater cum terra recepit,
Fœta parit nitidas fruges arbuſtaq; læta,
Et genus humanum: parit omnia ſecla ferarum,
Pabula cum præbet, quibus omnes corpora paſcant,
Et dulcem ducant vitam, prolemq; propagent,
Quapropter merito maternum nomen adepta eſt.

Manil 1.

Vltima ſubſedit glomerato pondere tellus.

Ibidem.

Eſt igitur tellus mediam ſortita cauernam
Aeris, & toto pariter ſublata profundo.
Nec patulas diſtenta plagas, ſed condita in orbem
Vndiq; ſurgentem pariter pariterq; cadentem.

Lucan. 7.

Capit omnia tellus
Quæ genuit: cœlo tegitur qui non habet vrnam.

Lucret. 3.

Cedit item retro de terra, quod fuit ante,
In terras, & quod miſſum eſt ex ætheris oris,
Id rurſum cœli ſtellantia templa receptant.

Ouid. 1. Art.

Nec tellus eadem parit omnia, vitibus illa
Conuenit, hæc oleis: hic bene farra virent.

¶ Sententiae Philosophicae.

Terra in omnibus locis grauitatem habet, leuitatem non habet, quapropter ſi terra ſubtrahatur, aqua in ſuum locum intrabit, & aer in locum aquæ. *Ariſt.in 4. de cœl.cap.text.*39.

Terra videtur nauigantibus moueri, quia non ſolum quum ſenſibile mouetur, apparet moueri, ſed etiam quum ſenſus mouetur. *Ariſt.de ſom.c.*2.

Terra igni contraria eſt & propter motum, & propter locum naturalem & craſſum: item per luminis poteſtatem, & per perſpicuitatem. *Alex.Aphr.in 2.de anim.c.*59.

Terram ideo immotam natura ſua eſſe dicimus, quia ſi adeſſet etiam euolandi, euagandique locus: nihilo tamen magis ipſa moueretur. *Themiſt in 3.Phyſ.text.*51.

Terra circa centrum ſubſiſtens manet, qui ſecundum naturam illi eſt ipſi locus. *Simplic.in 2.de cœl.text.*95

Terra ſecundum ſe totam eſt quieſcens, ſecundum partem eſt mobilis. *Auerr.1.de cœl.text.*57.

Terra, vt aliquis dicere poteſt reſpectu totius, non eſt [...]
bilis. *Ariſt.in 4.metaph.c.*2.

Terram figuram ſphæricam habere neceſſarium eſt [...]
enim grauitatem habet ad medium vſque, & minora [...]
non poteſt intumeſcere, ſed comprimi magis, & cedere [...]
teri donec veniat ad medium. *Idem in 3. de cœl.c.*7

Terram per aſtrorum apparentiam non ſolum manifeſt[...]
eſſe rotundam, ſed etiam magnitudine non magnam: [...]
facto tranſitu ad meridiem & vrſam, manifeſte fit [...]
*Ariſt.in 2.de cœlo.c.*5.

Terra per ſe quidem ſicca exiſtit, & propter imbres [...]
tam humiditatem, vt & à Sole, & ab eo, qui in ipſa [...]
multus quidem extra, multus quoque intra fiat ſpiritus [...]
quando fuit omnis extra continuus, aliquando partim [...]
*meteor.c.*2.

Terra & aqua ſunt humidorum & ſiccorum paſſiua [...]
nim ambæ ſunt, & frigidum magis eſt paſſiuorum. *Ariſt.* [...]
*teor.c.*2.*text.*30.

Terræ nomen fœminæ tribuitur, quia in ſe generat, [...]
cœlum patrem. *Ariſt.de gener.anim.c.*2.

Terra cui hyberno tempore dat nauibus ventos ſecun[...]
mare per hyemem calidum eſt. *Probl ſect.*26.*num.*54.

Terra ab aerea natura protinus, & mare ſitam habe[...]
& affirmatum, ſtirpibus illa, animalibuſque ſcatens [...]
iam & fluminibus partim per ipſam lapſus ſuos [...]
partim aquas ſuas in mare eructantibus. Inſuper ipſa [...]
numerarum herbarum ibidem enaſcentium varietate, [...]
cantiumque ſimul montium verticibus nemorum [...]
vrbiumque frequentia, quas animantes ſapientiæ par[...]
mines ſcilicet condiderunt, & maritimis inſulis, & [...]
*Ariſt. de mund.c.*2.

Terra in ſe continet aquæ, ſic & ſpiritus, & ignis [...]
quarum quædam ſub terra latent, quædam oculis hum[...]
ctæ ſunt, vt Lipara, Ætna, & Æoliæ inſulæ, aliæ iuxta [...]
quas efferuefactas emittunt: quædam modice temp[...]
locis fœdos emittunt odores, & in aliis prorſus enecan[...]
gia. *Idem ibid c.*4.

Terra in Lipara reperitur, in qua ſi quis ollam occul[...]
cunque voluerit, dummodo in ea imponatur, decoqu[...]
*admir.aud.num.*32.

Terræ quæcunque naſcuntur ea, quæ ſupra terram [...]
ſunt viridia, quæ in terra vt ſcalpi, & radices albi, & ge[...]
intra terram ſunt alba, & ablata terra fiunt herbacea, [...]
*rib.c.*3.

Terram ſphæricam eſſe ſignum eſt, quod corpora [...]
ſcendunt ex omni parte cœli, deſcenſu conſimili. *Auerr.* [...]
*lo,text.*44.

Terra quietis cauſa non eſt, niſi grauitas eius, [...]
ſimpliciter. *In 2.de cœl.text.* 80.

Terra dicitur γῆ, ſed melius ſignificat quod vult, [...]
nes, γαῖα enim genitrix recte vocatur. *Plat.in Crat.*

Terram Democritus, & Epicurus eſſe continuation[...]
dam corpuſculorum, quæ intelligantur potius, quam [...]
connexis ſibi inuicem aſſignant in aliquo modo poſi[...]
quatenus figuratis. Alii qualitatem addunt, vt Anaxag[...]
omnium materiarum nuturam & proprietatem in [...]
teriis congeſtam eſſe cenſet. Alii propter exiguitatem [...]
rum corporum, quorum numerus in nullo fine fit, [...]
materiæ contexi putant, vt Diodorus, & nonnulli [...]
quorum ſit fortuitus tam cœtus, quam ſegregatio. [...]
Platon.Timæ.

Terra nutrix noſtra circa polum per vniuerſum con[...]
ſtodem & opificem noctis & diei Deus eam conſtruxit, [...]
antiquiſſimam ex corporibus, quæ intra cœlum facta [...]
in Tim.

Terra in medio firmata, ſedes Deorum, terminus, & [...]
eſt, occaſus, & orientes generat, ſecundum defectiones [...]
prout viſu, & terræ defectione circumſcribuntur, & [...]
eſt omnium, quæ intra cœlum ſunt, corporum, neq; [...]
cta eſt abſq; terra, nec aer abſq; humido, & ignis humor[...]
ria deſtitutus, ex qua dependet, permanere poteſt. Qu[...]
fundamentum omnium terra firma eſt in eodem mo[...]
Locrus de mundi anim.& nat.

Terra omnis puncti vice in medio poſita eſt, quod [...]
patet, quæ hoc ſupponentia non errant, in quavis parte [...]
Chal.in Plat.Tim.

Terra omnium media poſita eſt, circa diſcordiam [...]
que, quæ per totum porrigitur coarctata diei noctiſque [...]
orum omnium, qui intra cœlum ſunt, antiquiſſima, [...]
mundi totius anima dulcia nobis alimenta miniſtrat, [...]
cœlum voluitur, & ipſa aſtrum quoddam eſt, ideo im[...]
net, quia æquilibrata eſt in medio ſimilis continentium [...]
*pen.in Alcin.c.*15.

Terræ cubica figura danda eſt, ex quatuor enim [...]
terra maxime immobilis, & ex corporeis maxime [...]
neceſſe eſt tale maxime factum eſſe, quod ſecun[...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ngulis ſecurior ſecundum naturam eſt baſis eorum, latera habent, quam in æqualia, & quod ex vtroq; com planeæqualium laterum triangulum, tum ſecundum ndum totum, neceſſario ſtabilius conſiſtit, quam in laterum triangulum. *Plut. in Time.*

rotundam eſſe patet ex Lunæ defectibus, qui non eodem ſed diuerſo & orientalibus & occidentalibus apparent. *Plut. Time.*

umbra, quæ nox vocatur, ſexagies in altum multiplicatur ſura, quam terræ diametros habet. *Macrob. in ſom. Scip,*

eſt grauis ſimpliciter, quia locus eius eſt remotiſſimus à quod circulariter mouetur; vt cauſa, quod ignis ſit leuis, eſt, quod propinquiſſimus eſt circulariter moto, *Auer. text. 102.*

grauis ſimpliciter, aqua ſecundum comparationem. *de cæl. text. 9.*

ſuperficies eſt veluti locus naturalis aquæ, in quo ipſa qui- mouetur illis, niſi violenter. *ibid. text.* 31.

in medio ſyluarum magnarum ſemper habent aerem ſuffocatum. *Alb. Magn. de nat. loco tract. 1. c. 13.*

principio ſuæ creationis cauata vallibus, & eleuata mon- *de probl. lib. 1. tract. 2. c. 4.*

arationem aperire neceſſe eſt, quia aliter nec ſemina in recipit, nec ea, quæ in ſe habet, ſufficienter emittit, quia ſo- perficiei ſuperioris per pondus terræ, per hominum & be- conculcationem, & per imbrium ictus hoc prohibet. *De ve- plant. lib. tract. 1. c. 4.*

eſt immobilis, quia cum diſtet à circumferentia, eſt in lo- do, & per frigus fit & grauis, & immobilis, & hæc eſt cauſa finalis autem, quia terra non participat nobilitatem cauſæ nec nobilitatem eius, ſed potius per quietem: ideo ſtatus & omnium eſt in ipſa. *Alb. Mag. 2. de cæl. tract. 41. c. 8.*

virtus terminatiua, & formatiua, & contentiua eſt frigidi- proficiſcitur ex perfecta diſtantia ob orbe, & in centro ecta, quia in centro eſt maxima diſtantia: ideo terra de- ad centrum, vt ad perfectionem. *Idem in 4. Phyſ. tracta.*

Terra non mouetur coercita à medio, non quia non eſt aliud : manet ob id terra in medio, quia graue manet in me- terra grauis eſt, ideo manet in medio, *Ariſtot. 3. Phyſic. c. 4.*

Terra eſt in aqua, aqua in aere, aer in æthere, æther in cœlo, cœ- non amplius in alio eſt. *Idem ibidem, cap. nono, textu quadra- ſexto.*

Terra ex neceſſitate manet in proprio loco, & ex eo violenter *Ariſt. 8. Phyſ. c. 1. text. 24.*

Terra ſi eſſet extra hunc mundum, moueretur ad medium hu- mundi, violenter mouebitur à medio iſtius mundi, ad illud me- naturaliter, & ſi motus eius à medio iſtius mundi ad medium fuerit, violentus erit motus eius à medio illius mundi, ad me- illius naturalis. *Ariſt. in 1. de cælo text. 77.*

Terræ immobilitatis cauſam aſſerunt Anaximenes, Anaxagoras, Democritus latitudinem eius. *Ariſtoteles in 1. de cælo, cap. 4. tex- 87.*

Terra nunquam cooperta aquis fuit, quia inferiora elementa materia reſpectu ſuperiorum, & ſuperiora ſunt formalia reſpe- inferiorum, ideo maiorem occupant locum, quam inferiora, ignis implet totam ſuperficiem concauam Lunæ quæ eſt ma ignis, quæ eſt minor: aqua cum ſit multũ humida materia- non poteſt implere locum aeris, fluit enim in ſeipſam. *Alb. Mag. 2. meteor tract. 3. c. 2.*

Terram nemo principium poſuit, quia propter ſuam groſſitatem magis videtur compoſita ex principiis, quam quod ſit principium, *D. Thom. in 1. de ani lib. 5. text* 30.

Terra à Sole calefacta duplicem facit exhalationem, hanc magis vaporoſam, illam magis ſpirituoſam: illam vaporem humidi, quæ in terra, & ſuper terram: hanc ipſius terræ exiſtentis ſiccæ fumo- & harum ſpirituoſam, ſupereminere propter calidum humi- autem ſubeſſe propter pondus. *Ariſt. meteor. 1. ca. 1.*

Terræ partes circa centra mouentur motu alterationis virtuti- bus cœleſtium, quia quum cœleſtia moueant inferiora per radios. maxima apparet radiorum virtus. *Albert. Mag. in 1. Phyſic. tract. 2. cap.*

Terra nihil patitur à cœleſti motu circulari, quum remotiſſima niſi ſecundum alterationem partium eius, *D. Tho. in 1. de cæl. lib. 4. text. 11.*

¶ Hieroglyphica.

Quod Cybelem curru veteres inuehi finxerunt, cum eadem & tellus ſit, terræ ipſius libramentum in aere pendentis indicare Lu- cretius putat:

Hanc veteres Graium docti cecinere Poetæ.
Sedibus in curru biiugos agitare Leones,
Aeris in ſpatio magnum pendere docentet
Tellurem. Io. Pierius Val. Hierogl. lib. 42. c. 20.

Macrobius tradit Ægyptios per tauri figuram ſignificare ter- ram: propterea quod animal hoc ad rem ruſticam inprimis aptum, atq; neceſſarium eſſe, compertum ſit. Idq; etiam ſacræ literæ te- ſtantur: nam boues pingues per ſomnium Ioſepho oblati terræ fer- tilitatem, macilenti vero ſterilitatem portendebant. Præterea ex Ro- manorum numis antiquis idem quoq; colligitur, in quibus nihil illis vſitatius, ſi vel terræ fœcunditatem & vbertatem, vel rei fru- mentariæ copiam, aut coloniarum ac municipiorum deductiones, aut agrorum deſignationes & diuiſiones indicare voluerunt. Ælia- nus quoq; lib. 2. var. hiſt c. 53. hoc animal maximi vſus & hominibus vtiliſſimum eſſe ad agriculturæ exercitationem, dicit. Bos igitur vel taurus quem Varro lib. 2. c. 5. ſocium hominum in opere ruſtico & Cereris miniſtrum appellat, merito terræ ipſius nota hieroglyphica dicatur. Et antiquos à boue aratore Cererisq; ſeruo abſtineri vo- luiſſe ita ſeuere Varro aſſerit, vt capite ſanxerint, ſi quis talem occi- diſſet. *Hier. Collect. lib. 6.*

Terræmotus.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

TErræmotus. Gr. σεισμὸς, ȣ, ὁ, & cauſatur principaliter à Deo: ſe- cundario autem à vento impellente alium ventum in terram. *ſec. B. Thom. ſuper Pſ. 12. col. 6.*

¶ Sententiæ Philoſophicæ.

Non aqua, aut terra cauſa eſt, ſed ventus terræmotus: cum acci- dit, vt in eius viſceribus fluat id, quod foras exhalando erumpit. *A- riſt. lib. 2. meteor. c. 7.*

Plures ac maiores terræmotus noctu exiſtunt: qui autem inter- diu, meridie oriri ſolent, quod meridies ſit fere pars diei tranquil- liſſima. *ibid.*

Quum flatus aduena, introrſus in terræ caua irrumpens, deinde exitu omni excluſus, intus ſeſe verſando ingenti vi terram quatiat, nequicquam exitum inde quæritans: tum fit naturæ facinus, quod vocamus terræmotum. *Ariſt lib. 1. de Mundo, cap. 4.*

Terræmotus cauſam Nicolaus Cuſa eſſe dixit, quod terra tre- mit intus, quo motu & tremore corruant ædificia, cuius cauſam Thales & Democritus in aquam referunt, Anaximenes ſiccitatem, & raritatem terræ cauſam eſſe putauit, Anaxagoras aerem, alii i- gnem, Stoici humorem, qui in aerem ſuccedit, & excidit, Peripateti- ci pugnam caloris & frigoris. Nam quum calidum ad ſuperiora contendat, eius aduerſa exhalatio obſiſtat, excitat commotionem. Metrodorus non putat moueri naturaliter, ſed aliquos locos ab aliis impelli. Democritus & Parmenides non moueri terram, quum æ- qualiter ab omnibus partibus diſtet, ſed ſolum quaſſari. Anaxime- nes ob latitudinem cubare, alii malunt eam ſuper aquam moueri, non ſecus ac quæ ea latitudine pollent. *Ioan. Picus Mirandul. in ex- anim. vanit. doctr. gent. lib. 1. cap. 12.*

Terræmotus ſignum eſt, Solem ſine nube fieri caliginoſum, & obſcurum, & ante matutinos terræmotus aliquando tranquillita- tem & frigus forte Solem caliginoſum facit, quia ſpiritus in terram regredi incipit, & diſſoluere & diſgregare aerem, & tranquillitas fit regreſſu introfacto ſpiritus, & magis ante maiores terræmotus, quam enim totus ſpiritus intro fertur, magis quatitur, & frigus fit, quia exhalatio natura calida introuertitur. *Ariſtotel. meteor. 2. cap. 2.*

Terræmotus ſignum eſt fieri ante ipſum, aut per diem, aut poſt occaſum ſerenitate exiſtente, nubeculam tenuem porrectam velut longitudinem lineæ, & rectitudine exacta ſpiritu marceſcente pro- pter tranſitum. *idem ibid.*

Terræmotus ſignum eſt ſolis eclipſis magna in cauda draconis, quia frigidior eſt in capite. *Albertus Magnus in 3. meteor. tract. 2. c. 14.*

Terræmotus ſigna ſunt, frigus, & ſonus, ex motu ſubterraneo: ſequentia ſigna ſunt caligo, tenebræ circa ſolem, & ſtellas. *Albert. de paſſ. aeris.*

Terræ pulſus & tremores, ob ſpiritum in ea incluſum fiunt, vt in corporibus noſtris. *Ariſt. meteor. c. 1.*

Terræmotum fieri ait Anaxagoras, quia cum æther ſit natus ſur- ſum ferri, & incidit in concaua terræ quatit eam, quæ ſimpliciter di- cta eſt cauſa. *idem ibid.*

Terræmotum fieri ait Democritus, quia terram aquæ plenam exiſtentem, & ſuſcipientem aliam pluuiolam aquam ab hac moue- ri ait. *ibid.*

Terræmotum ait Anaximenes eſſe, quia terra irrigata, & exſicca- ta rumpitur, & ab his ruptis verticibus incidentibus concuti. *Ariſt. meteor. 2. c. 1.*

UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN